quæ fuit deſignata ſolutioni. l. quidam teſta.
99. ff. de leg. 1. qui quemadmodum aliud pro
75 alio, inuito creditore ſolui non poteſt. l. 2. §.
mutui datio. ff. de rebus creditis. ita nec aliud
76 pro alio inuito debitore peti poteſt, vt tradit
Parladorus lib. 2. rerum quotidianarum. capit.
fin. 5. part. § 17. numer. 16. cui veriſſimæ reſolu-
tioni non obſtant verba tex. in d. l. quidam te-
77 ſta. 99. in fin. ibi. Reſpondi veroſimilius eſſe patrem
familias demonſtrare potius hæredibus voluiſſe,
vnde aureos quadringentos ſine incommodo rei
familiaris contrahere poſſent, quam conditionem
fideicommiſſo inieciſſe. vbi ſolutio legati facié-
78 da, ex fundo deſignato à teſtatore, denotat
demonſtrationem potius quàm deciſionem
& cauſam finalem. l. Lucius. in princip. ff. eod.
tit. l. Lucius. ff. de adimendis legatis. l. Paulo Ca-
limacho. 27. ff. fin. ff. de leg. 3. ibi. Sed demonſtra-
tum vbi accipere poſſit, quia reſpondeo quòd
illa iura procedunt in vltimis voluntatibus,
79 vbi demonſtratio rei, ex qua ſolui debet le-
gatum, non eſt de ſubſtantia ipſius, vt tradit
Gutierrez lib. 2 pp. quæſt. 56. num. 1. Salazar, de
vſu & conſuetudine. capit. 11. num. 20. Ferretus,
80 conſil. 241. nu. 2 Gigas, conſ. 63. n. 12. Decius, 183.
quod ſecus eſt in contractibus, vbi ſtricta in-
terpretatio fit, vt in d. l. ſi quis ſtipulatus fuerit
decem in melle: quia abſurdum eſſet quod il-
le, qui promittit decem, in tritico, ſoluat in
81 melle, & è conuerſo maximè in promiſſioni-
bus dotalibus, in quibus poſt factam genera-
lem promiſſionem, decem millia ducatorũ,
poſteà ſubſequuntur verba ſpecialia demon-
ſtratiua, in quibus rebus ſolutio eſt facienda,
quod ad vnguem ſeruandum eſt.
82 Ex quibus venit intelligenda lex. 20. Tau-
ri, vbi præcisè in re deſtinata, & deſignata,
pro melioratione. 3. & quinti facienda eſt ſo-
lutio, & non in alijs rebus, vt tradit Angulo,
83 de meliorationibus in l. 4. gloſ. 4. n. 1. vbi Man-
tienço gloſ. 3. tit. 6. lib. 5. Recop. & ſi res fuerint
maioris valoris, in omnibus pro rata, eſt de-
84 ſignatio facienda, quia ex illa lege Tauri eſt
hodie correctus text. in l. poteſt. 27. ff. de leg. 1. vt
85 tradunt Doctores in d. l. 20. Tauri. & Angulo,
gloſ. 5. n. 1. vbi Azeu. n. 2. quia licet ex text. in l.
non amplius. 26. §. cum bonorum. ff. de leg. 1. ele-
86 ctio ſit hæredis, quando bona legata non re-
cipiunt commodam diuiſionem, ibi. Si natu-
raliter indiuiſæ ſint, vel ſine damno diuiſio earum
fieri non poſſit, æſtimatio ab hærede omnino præ-
ſtanda eſt, & poſtea in l. ſeq. dicit Paulus Iurecon-
ſultus: poteſt autem hæres vel in paucioribus, vel
in vna re rel. ctam partem legatario dare, cuius
contrarium diſponit dicta lex 20. ibi. En las
coſas que el teſtador vuiere ſennala dola dicha
mejora del tercio, y quinto. Et ſic in omnibus
rebus pro rata, nõ verò in vna re tantum quæ
87 ſit valoris 3. & 5. cum lex dicat, en las coſas, vn-
de præcisè in omnibus rebus deſignatur pro
tertio, & quinto facienda eſt ſolutio, quia ad
veritatem copulatiuam requiritur vtriuſq;
facti veritas. l. ſi hæredi plures. ff. de cond. inſtit.
& ſic nuper in lite valde controuerſa fuit iu-
dicatum fauore Mariſcalis Caſtellæ contra
dominum Joanné Pacheco de Rojas, per do-
ctiſſimum Licentiatũ Saanhéz de Leon præ-
torem huius ciuitatis, me defendente, & pa- 88
trocinante cauſam dicti Mariſcalis Ferdinã-
di de Ribadeneira, reiecta opinione contra-
ria quæ nitebatur, vt ſolutio eſſet facienda,
in re primo loco nominata, pro ſolutione di-
cti tertij, & quinti, & non pro rata, in alijs;
quia ordo ſcripturæ deſignat ordinem volũ 89
tatis l. quoties. ff. de vſufructu. l. cum pater. ff. à te
peto. §. de legat. 2. tex. in l. generaliter. 24. §. quid
ergo. & l. 2. ff. de fideicommiſſarijs libertat. vbi ſi 90
pecunia relicta pro redemptione ſeruorum
non ſufficiat, ad omnes ſeruos manumitten-
dos, neq; hæres, neq; legatarius habent ele-
ctionem, ſed ordo ſcripturæ ſeruandus eſt,
cuius pulchra verba ſunt hæc. Quid ergo ſi
plures fuit ſeruos rogatus manumittere, & ad
quorundam pretiũ ſufficiat id quod relictũ eſt ad
omnium vero non ſufficiat, an cogendus ſit quoſdã 91
manumittere. & putem, debere eum cogi, vel eos
quorum pretium patiatur manumittere, quis er-
go ſtatuet, qui potius manumittantur, vtrum ne,
ipſe legatarius eliget, quos manumittat, an hæres?
& fortaſſis quis rectè dixerit ordinem ſcripturæ
ſequendum. Ex quo tex intendebat aduocatus
contrarius, quod bona primo loco nomina-
ta, in dicta melioratione erant præſtanda præ
melioratione ab ordine literæ, cuius contra
rium defendi, & obtinui, quia ille tex loqui- 92
tur circa perſonas, inter quas cadit affectio,
& ſic primo nominatus cenſetur magis dile-
ctus. l. quoties ff. de vſufructu. quam ſententiã
probat tex. in l. cum pater. 79. §. à te peto marite.
ff. de legatis. 2. vbi inter perſonas, inter quas
cadit affectio ordo ſcripturæ deſignat ordinẽ 93
voluntatis, ibi. Si quos liberos habueris illis præ-
dia relinquas, & ibi non eſſe datam electionem, ſed
ordine ſcripturæ factam ſubſtitutionem reſpondi.
Ecce vbi inter perſonas procedit, & loquitur
regula quod ordo ſcripturæ deſignat ordinẽ
voluntatis, nõ verò circa res, quod eſt diuer- 94
ſum. l. 4. §. ſed hæc. C. de verb. ſign. vbi aſſignatur
differẽtia inter perſonas, & res maximè quia
non eſt credẽdum, quod teſtator habuit ma-
jorem affectionẽ & dilectionẽ circa rem pri-
mo loco nominatam in melioratione, quam
circa alias res, maximè quia res prius deſigna-
ta, erat cenſus redimibilis, qui non cõuenie-
bat perpetuitati meliorationis, & vinculi,
ſicut reliquæ res immobiles, & magis fructi-
feræ, & licet alias voluntas dubia declaretur
ex ordine ſcripturæ, vt docet Bart. in authent.
hoc amplius enim primo cap. de fideicommiſſis. & 95
ibi Bald. num. 21. Imola in l. ſi fundum. §. his ver-
bis. ff. de legatis. 1. tamen in noſtro caſu, nulla
eſt dubia voluntas teſtatoris, cũ ille qui plu-
res res deſignauit, noluit vnà eſſe contentũ
melioratũ, & ſic dicit dict. lex. 20. Tauri, quod
ſolua-

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id403484421/233 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG